

Ita ut supra inventa differentia meridianorum ex Eclipsibus
 primi Satellitis Jovis - - - 44'. 36".

vera erit differentia, vel saltem veræ proxima.

Quod attinet ad observationem Eclipses Solis, Anno 1715.
 Die 3 Maji, Cl. Dn. Wagnerus tum temporis in Observatorio
 Krosigkiano finem ejus observavit Hor. 11. 33'. 9".

Parisiis per figuram - - - 10. 48. 25.

Quare inde sequitur differentia meridianorum 44. 44.
 quæ magis cum nostro electo medio convenit, quam Observatio Hoff-
 manniana. Quod si hanc differentiam assumo, & ex ea simul cum dua-
 bus prioribus observationibus medium quæro, invenio pro differentia
 meridianorum - 44. 35.

id est, eandem fere quam ex Eclipsibus primi Satellitis Jovis inveni:

44'. 36". temporis sunt æqualia	11°. 9'.
Longitudo Parisiensis est	20. 0.
<i>Ergo Longitudo Berolinensis</i>	31. 9.

IV.

Differentia Meridianorum inter Berolinum
 & Petroburgum ex Observationibus Eclipsium pri-
 mi Satellitis Jovis deducta.

Anno 1726. Die 28 Octobr. Cel. Dn. de l'Isle Petroburgi observavit
 Emerfionem primi Satellitis Jovis ex umbra Jovis, per Tu-
 bum 15 pedum - - - Hor. 8. 47'. 8".

Ego eam per Tubum 16 pedum observavi, sed propter
 quædam impedimenta non satis accurate 7. 40. 43.

Prodit inde differentia meridianorum - 1. 6. 25.

Anno 1727. Die 2 Dec. Dn. de l'Isle Petropoli observavit Emerfio-
 nem primi Satell, 24 per Tub. 22 pedum exacte 8. 46. 30.